Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tractat. mamillis pulverisat. sig-
nat. vetustate esse consumptis
aut mimis sophisticatis. Habet
autem dulcis tale faciendi ex a-
romaticitate et constringendi
ex vissositate. ¶ Con catarru
ex frida causa stillum inde fac-
tum naribus immittat. ¶ Ad idem
ladanum et rose diu bulliant
in aqua pluviali, obturato
vase et diuturno alignitulum
tepefiat recipiat patiens fu-
mum per os. Et etiam ex illa
aqua lauetur pedes. qz mul-
tum confortant inde nervi. ¶
Contra relaxationem dentium
ladanum et mastix. confricatur
et circa gingiuas et dentes
mittis et extra ponat. vbi den-
tes confluunt. ¶ Ad matricem
infridatam et mestrua prouocanda
et suffocationem mentis recipi-
at patiens fumum eius per in-
ferioza. ¶ Suppositorium inde
factum valet ad idem, mentes
confortat, et concepcio adiuuat.
¶ Con precipitationem matricis.
recipiat patiens fumum per su-
pioza. ¶ Contra dolorem stomachi
ex frida causa et digestionem
confortandam dentur. xv. pilule
de ladano in sero et fiat
emplim ex rena et ladano
et addito puluis costi stomacho
supponat. de liquiritia

Liquiritia tepate calida
est et humida, dicunt quidam
qz est radix, alij qz sit
frutex aut ramus. Est autem
radix parue herbe seu arboris
Eligenda est que non est multum
grossa nec multum gracilis et
que est tota interius concaua
etiam que cum frangit non pulve-
risat. que etiam si viridis, plus
habet coherentes cum frangit. Que le-
uius est etiam interius subalbida
uel subnigra uel viridis, abi-
tienda est. Succus eius etiam est
eiusdem efficacie et adhuc fortiore
et sit hoc modo, cum viridis est
ramus eius et in aqua bullit et
decoquitur fere ad consumptionem po-
expirant. et soli exponit, et
desiccat et in rotunda corpus-
cula secundum formam vasculorum con-
tinentium format. ¶ Alij sophisticant
sic pulverem liquiritie liret ve-
tuste et ~~cere~~ etiam pulverem bo-
ne liquiritie decoquunt in aq.
et addunt mel et faciunt corpus-
cula ut diximus, sed iste abhor-
abilis est magis et non est ado
niger. Valet decoctio eorum in
aqua con omnia vitia pectoris
et maxime pleuretitis et piplo-
nitis. Vinum decoctionis eius
valet con tussim. ¶ Addidem vali
electuarium confectum ex succo li-
quiritie et melle. ¶ Liquiritia
mastricata et sub lingua rete-
ta sitim et asperitatem stomachi
et gutturis mitigat. de lapi-
lapis lazuli. de lazuli

Lapis lazuli fridus est et siccus similiter
lapis armenico sed eorum
excessus non determinat. ab auc-
toribus, lapis autem lazuli vena
terre est de qua fit lazulum
siue lazurium, similiter lapis
armenicus, et dicit armenicus
quia in armenia reperitur non
sophisticat. Est autem lapis la-
zuli eligendus qui multum assi-
milat colori celesti et habet
in se corpuscula quasi aurea
Ille autem qui ipsi subalbidum habet
colorem plus habet terrestreitatem
lapis armenicus leuior est et
subalbidum habet colorem, potest
autem diu seruari sine corrupcione
lapis armenicus tamen cito cor-
rumpit et maiorem habet terrestrei-
tatem purgat principaliter melancolia.